faciet te in gaudium inimicis tuis. Ne
oblecteris in turbis nec in modicis: assidu
a est enim commissio illorum. Ne fueris
mediocris in contentione ex fenore: et
non est tibi aliquid in sacculo. Eris enim
inuidus uite tue. Operarius ebriosus
non locupletabitur: et qui spernit mo
dica, paulatim decidit. Vinum et mu
lieres apostatare faciunt sapientes: et
arguent sensatos. Et qui se iungit forni
cariis: erit nequam. Putredo et uermes
hereditabunt illum. et extolletur in exem
plum maius: et tolletur de numero anima
eius. Qui credit cito leuis corde est. et mi
norabitur. et qui delinquit in animam
suam: insuper habebitur. Qui gaudet in
iniquitate denotabitur. et qui odit correp
tionem. minuetur uita. Et qui odit lo
quacitatem: extinguit maliciam. Qui
peccat in animam suam penitebit. et
qui iocundatur in malicia denotabitur.
Ne iteres uerbum nequam et durum: et
non minoraberis. Amico et inimico noli
narrare sensum tuum: et si est tibi delictum:
noli denudare. Audiet enim te et custo
diet te. et quasi defendens peccatum odiet
te: et sic aderit tibi semper. Audisti uerbum
aduersus proximum. commoriatur in te.
fidens quoniam non te disrumpet. A fa
cie uerbi parturit fatuus: tanquam ge
mitus partus infantis. Sagitta infixa
femori carnis: sic uerbum in corde stulti.
Corripe amicum ne forte non intellexerit:
et dicat non feci. Aut si fecerit: ne iterum
addat facere. Corripe proximum: ne forte
non dixerit. Et si dixerit: ne forte iteret.
Corripe amicum: sepe enim fit commissio,
et omni uerbo non credas. Est qui labi
tur lingua sua: sed non ex animo. Quis
est enim qui non deliquerit in lingua

Amico et inimico non pandenda secreta. Capitulum LI.

sua. Corripe proximum ante quam
commineris. et da locum timori altissi
mi. quia omnis sapientia timor dei: et
in illa timere deum. et in omni sapien
tia dispositio legis. et non est sapientia
nequitie disciplina: et non est cogitatus
peccatorum prudentia. Est nequitia. et in
ipsa execratio. et est insipiens: qui mi
nuitur sapientia. Melior est homo qui
deficit sapientia. et deficiens sensu in
timore: quam qui habundat sensu. et
transgreditur legem altissimi. Est soller
tia certa. et ipsa iniqua: et est qui emit
tit uerbum certum enarrans ueritatem.
Est qui nequiter humiliat se. et interiora eius
plena sunt dolo. Et est iustus qui se nimium
summittit a multa humilitate: et est iustus
qui inclinat faciem. et fingit non uidere
se quod ignoratum est. Et si ab inbecilli
tate uirium uetetur peccare. si inuenerit
tempus male faciendi: male faciet. Ex
uisu cognoscitur uir: et ab occursu faciei
cognoscitur sensatus. Amictus corporis. et
risus dentium. et gressus hominis: enunti
ant de illo. Est correptio mendax in ira
contumeliosi: et est iudicium quod non
probatur esse bonum. Et est tacens et ipse est

De correptione proximi ante comminationem. Capitulum LII.

prudens. Quam bonum est arguere
quam irasci: et confitentem in oratione non
prohibere. Concupiscentia spadonis deuir
ginabit iuuenculam: sic qui facit iudici
um iniquum per uim. Quam bonum est
correptum manifestare penitentiam: sic
enim effugies uoluntarium peccatum. Est
tacens qui inuenitur sapiens: et est odi
bilis qui procax est ad loquendum. Est
autem tacens non habens sensum loquele
et est tacens sciens tempus apti temporis;
homo sapiens tacebit usque ad tempus;
Lasciuus autem et imprudens non ser